

V R B A N V S S E C V N D V S.
U R B A N U S S E C U N D U S P O N T . C L X I .
A N N O D O M I N I M L X X X V I I I .



Urbanus II. Gallus, ex oppido Castellionis dicensis Rhemensis, Otho ante dictus, Milonis filius, Canonicus Regularis Lateranensis, Monachus postea Cluniacensis, & S.R.E. Cardinalis Episcopus Ostiensis. Creatus Terracina die 12. Martii 1088. Sedit annos 11. mens. 3. & dies decem & octo. Creavit Card. Episc. 7. Presbyteros 16. & Diaconos 13. Obiit quarto Kal. Augusti anno 1099. Sepult. ad S. Petrum. Vacavit Sedes dies 14.

I. Approbatio Congregationis Monachorum Vallis Vmbrosæ, Ord. S. Benedicti, ejusque suscepit sub protectione Sedis Apost.

*I*stam Congregationem instituit Ioannes Gualbertus, quem in Sanctorum numerum cooptavit Cœlest. IIII. ut inf. in ejus constitut. 2. Gloriosus. Eamdem sub uno Abbatie stabilitvit Innocent. VII. & ordinaciones ei constituit in ejus Bulla 2. Alto. Privilegia confirmarunt, aliaque tribuerunt Iul. II. in const. 1. 3. Militantis, ac Pius V. in const. 41. Etsi mendi- cantum.

*E*dita An.D. V R B A N V S E P I S C O P V S , S E R V V S Servorum Dei : Dilcissimis filiis Universa Vallis Vmbrosana Congregationis, Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Exordium.

Cum Universis Sanctæ Ecclesiæ filiis ex Apostolicæ Sedis Auctoritate, ac benevolentia debitores existamus, illis præcipue locis atque personis quæ speciælius, ac familiarius Romanæ adhærent Ecclesiæ, quiique ampliori religionis gratia eminent, propensiiori nos convenit charitatis studio imminere.

*S*usceptio
Cœnob. Vallis Vmbrosæ
in protectionem Sedis Apost.

6.1. Quia igitur divina propositum vestrum præveniente ac sub sequente clementia, Religionis vestra simplicitas, bona opinionis odorem in locis, & propè, & longè positis aspavit; Nos vestro proiectu, annuente Domino, præceptus adjungere cupientes, Cœnobium vestrum pro B. Mariae semper Virginis reverentia, cui dicatum est, in Romanæ Ecclesiæ proprietatem, & tutelam, atque protectionem Apostolicæ Sedis accipimus; & Apost. illud auctoritatibus privilegio munientes, ab omnium personarum iugo liberum permanere decernimus.

*I*ndulmentum d. Cœnobii
quæcumque bona possi-
dendi.

6.2. Per presentem igitur nostri privilegii paginam, Apostolicæ auctoritate statuimus, ut quæcumque hodie vestrum Cœnobium jure possidet, sive in crastinum, concessione Pontificum, liberalitate Principum, vel

oblatione fidelium justè atque canonice poterit adipisci, firmata vobis veltrisque successoribus, & illibata permaneant. Illis successoribus dico qui eundem Religionis ritum, & fidei constantiam conservare, & strenue omnipotenti Domino in eodem proposito deservire satagent.

§. 3. Christma, oleum sanctum, consecrations altarium, sive Basilicarum, ordinationem Clericorum, liceat vobis à quocumque volueritis Catholicis Episcopis Romanæ Ecclesiae gratiam atque communionem obtinente percipere, qui nostra fultus auctoritate quæ postulatur, indulget.

§. 4. Ad hæc, censemus atque statuimus, ne ulli omnino hominum liceat idem Cœnobium temere perturbare, aut eis subditas possessiones auferre, minuere, vel temperari vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum sustentatione, & gubernatione concessa sunt, usibus profutura.

§. 5. Nec ulli Episcopo potest sit excommunicatio nem, aut interdictio nō vobis ingeteret, ut qui in specialibus estis filii Apostolicæ Sedis assumti, nullius ulterius judicio temere exponamini.

§. 6. Quia verò plura jam Monasteria, Congregatio videlicet Sancti Salvi, juxta Florentiam, Sancti Fidelis de Seruino, Sancti Salvatoris de Sophena, Sanctæ Mariæ de Nerano, Sancti Cassiani de Monte Stalaro, Sancti Angeli de Paßiano, Sancti Salvatoris de Siculis, Sancti Angeli juxta Pistoriam, Sancti Salvatoris de Vagiano, Sancti Petri de Mustieta, Sancti Pauli de Reguolo, Sanctæ Reparatae de Faventina Diœcesi, & Congregatio de Rivis Cœsariorum, & Congregatio de Fontana Tarnis, & Congregatio de Monte armato in Bononiensi Diœcesi, inspirante Domino in eandem vobis eum formam consenserunt Religionis: Nos & ipsi, & omnibus qui se in crastinum eidem Religionis usui, ex integro sociate volunt, praesentis privilegii libertatem Apostolica auctoritate concedimus, quandiu in eadem Religionis, & consuetudinis unitate persistere procura verint.

§. 7. Constituimus autem, ut eorum omnium caput, vestrum, quod in Valle Vmbrosana situm est Monasterium, habeatur.

§. 8. Sanè cùm terminus vitæ Pastori vestro divina dispositione contigerit, qui ejus loco substituendus fuerit, quia & vobis, & aliis omnibus præesse debet, omnium qui ceteris præest Monasterii consensu, & judicio eligatur. Quod si forte ex ipsis Abbatibus quilibet, Dominino disponente, ad hoc generale regimen electus fuerit, ad vestrum principale Cœnobium principaliter transfeat. Et ejus mox judicio, sicut in diebus Venerandæ mem. Joannis priui Abbatis vestri factum constat, certa omnia unita vobis Monasteria disponantur.

§. 9. Vos igitur filii in Christo dilectissimi, nolite negligere gratiam qua in vobis est, qua data est vobis per unitatem Sanctæ conversationis & religionis. Hæc meditamini, in his estore, ut profectus vester manifestus sit omnibus. Participes enim Christi effecti etsi, si tamen initium substantia ejus usque ad finem firmum retineatis. Memento quod Dominus ait: Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit. Itaque sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificant patrem vestrum qui in Cœlo est. Ad indicium autem perceptæ hujus à Romana Ecclesia libertatis per annos singulos duodecim sagi: :: Laterano Palatio persolvetis.

§. 10. Sanè si quis in crastinum Archiepiscopus, aut Episcopus, Imperator, aut Rex, Princeps, aut Dux, Comes, aut Vicecomes, aut Judeex, aut persona quelibet magna, vel parva, potens, aut impotens, hujus nostri privilegii paginam sciens contra eam venire temere tentaverit, secundò, tertiove commonitus, si non satisfactio ne congrua emendaverit, à Christi & Ecclesiæ corpore cum auctoritate potestatis Apostolicæ segregamus.

§. 11. Conservantibus autem, pax à Deo, & misericordia præsentibus, ac futuris seculis conseruentur. Amen.

A. A. Dat. Romæ per manus Joannis S.R.E. Diaconis, Anno Dominicæ Incarnationis 1090. Indictione 13. die 6. Apr.

vlii. Idus Aprilis, Pont. Domini Urbani P. Secundi Tertio.

*Ordinationes
à quocumque
successoribus
recipienda. Vide
Concil. Trid.
suff. 23. c. 12.*

*Nemo Cœ-
nobium, et que
personas per-
turbentur.*

*Episcopi too-
nus excom-
municantur.
Vida Concil.
Trid. suff. 25.
Hac privile-
gia aliis locis
de Congrega-
tionis com-
municantur.*

*Caput confi-
tuuntur Mo-
nasteria Vallis
Vmbrosæ.
Abbas ad re-
gimen Con-
gregationis
est elegerandus.
Intelligi jux-
ta Cor. cit.
Trid. suff. 25.
c. 6.*

*Hortatio pa-
noram ad
Congregationem*

*Pax pro eis
in partaculo.
A. A.*

*D. P. An. 3.
die 6. Apr.*